

\_Lettera\_N\_0455

Al chierico Carlo Ghivarello

\*S. Ignatii apud Lanceum taurinensem, 25 julii 1860

Dilecto filio Ghivarello salutem in Domino.

Si propter dentis deficientiam verborum articulatio et pronuntiatio impeditur, utique tibi concedo ut eidem alium ab artis perito substituere valeas. Cave tantum, ne res melioris boni gratia incepta in peius vertatur.

Interim, fili mi, praebe teipsum exemplum bonorum operum. Cura ut scientia, gratia, et benedictio Dei quotidie augeatur in corde tuo, adeo ut eas de virtute in virtutem, dane c videas Deum Deorum in Sion.

Ama me in Domino, sicuti ego amo te. Vale.

Sac. Bosco J.